S. Annæ, et p.me Dominicæ Junij

Adsunt etiam duo Clerici inservientes, cum salario scutorum octo pro quolibet, vestibus, et calceamentis

Omnes præfati Ministri mercedem recipiunt per manus Exactoris, qui pariter habet pro salario sc. 27. sed non solvit, nisi cum Bulletta Cancellarij subscripta à Priore Eccl.æ

Cancellarius similiter habet pro sua provisione scuta 12.

Congreg.o est constituta in n.o duodecim Virorum et deputat officiales, sed non potest eliggere in Exactorem, aut Priorem, aut ad quodcumque aliud Officium illos, qui debitores sint Eccl.æ

Ill.mus D. pro bono Regim.e d.æ Ecclesiæ confirmavit decreta B. Mem Epi Aleotti, et mandavit Exactorem non admitti ad Exercitium Officij, nisi præstita prius Idonea fideiussione, approbata prius ab Hominibus Congregationis per vota secreta, sub pœna Excom.is et cum declaratione, quod approbantes teneantur semper de proprio, tam pro Exactore, quam pro fideiussore

De Eccl.a S. Luciæ

De Iuribus V. Societatis SS. Sacti erectæ in Eccl.a Parochiali S. Victoris à qua manutenetur

In tabella Eccl.æ S. Victoris Coadiutor dictæ Eccl.æ tenetur celebrare duas missas quolibet mense in hac Eccl.a

Inspecto Unico Altari, mandavit apponi Imaginem Crucifixi

in Cruce, provideri de tela cerata, et stragula, et deal-
bari tota Ecclesia infra mensem sub pœnis

Die d.a 8. Junij de Sero

Illmus D. interfuit Litanijs B. Mariæ in sua Eccla de Ru-
scello, in qua Doctrinam, et Cathechismum Parvulis, et Adul-
tis explicavit, hortatusq. fuit Populum ad suscipiendam Sac.
Communionem die crastina debita cum præparat.e, et Re-
verentia ad effectum consequendi Indulgentiam Ple-
nariam concessam ā SSmo D. nro.

Die Dom.co 9. Junij 1720

Illmus D. summomane ad præd.m Eccla B. M. de Ruscello se
contulit, et ad audiendas Sacramentales confessiones se
exposuit, omnesque de Populo Sacra Communione
refecit, et in Missa celebrat.e prima Clericali Tonsura
insignivit infras

Josephum Scarlini de Canepina Hortanæ Diœcesis

Josephum Andream Nicodemum Foglietta de Canepina

Præsentibus D. Can.co Joe Fran.co Cerroni, et R. Virgilio Scar-
lini, et demum Benedictionem Sacerdotalium Indumentorum
egit.

Die d.a de Sero

Illmus D. associatus ā Convisitatoribus suis, et familiaribus se
contulit ad Eccla Parochialem S. Victoris, et Pontificalibus
indutus Sermonem habuit de Sacto Confirmationis, quod dein-
de Solemni